

OB 12



# INDEX LECTIÖNUM

2

IN

LYCEO REGIO HOSIANO BRUNSBERGENSI

PER AESTATEM

A DIE XXIX. APRILIS MDCCCLXVII

INSTITUENDARUM.

D R J A U R F E I D T

PROFESSOR PRATICUS ORDINARVIS

PRAECEDET DR. JOSEPHI BENDER DE LIVONIAE, ESTONIAE, PRUSSIAE VICINARUMQUE TERRARUM  
EPISCOPIS SAEC. XIII. APUD GERMANIAE ORDINARIOS PEREGRINANTIBUS COMMENTATIO.

---

BRUNSBERGAE,

TYPIS HEYNEANIS.

1867



# UDZĘK LEGITIMUM

LYCÉO REGIO HOSIANO BRUNSBURGENSI


LEADER OF THE CLASS

LYCEI REGII HOSIANI H. T. RECTOR

D<sup>R.</sup> L A U R. P E L D T,

PROFESSOR PUBLICUS ORDINARIUS.

ksiąznicza miejska  
im. Kopernika  
w Toruniu



AB 1472

BRUNSBURGAE

LIBRÆ HOSIANÆ

## LYCEI REGII HOSIANI BRUNSBURGENSIS

### RECTOR ET SENATUS

CIVIBUS SUIS

S.

**D**e origine et natura suffraganeorum episcoporum<sup>1)</sup> in ecclesia (qui et suffraganei extraordinarii, vices gerentes, vices gerentes in pontificalibus, in spiritualibus; vice-episcopi, proepiscopi, titulares episcopi, titularii suffraganei, vicarii episcoporum nominantur), non consilio in ecclesia institutorum, sed necessitudinibus temporum ortorum, quum in universum constet<sup>2)</sup>), tamen suffraganei apud Germaniae episcopos saeculo XIII. e Livonia et Prussia profecti non ita noti sunt. Sicuti enim saec. V. et VI. per Vandalos episcopi catholici Africae a sedibus expulsi peregrinari cogebantur; sicuti saec. IX. Mauris urgentibus Hispaniarum episcopi in loca, quae remanserant christianis, convolarunt, eorum episcoporum officiis fungentes, in quorum dioecesis resederant, usque tamen nomen sedium, e quibus pulsi erant, retinente; sicuti XII. saec., quum barbari imperium orientale invaderent, ecclesias patriarchales Hierosolymis et Antiochiae cum pluribus aliis episcopatibus, opes diriperent, antistites expellerent, numerus episcoporum titularium non parum augebatur: ita demum XIII. saec. Germaniam constantes suos suffraganeos, maxime e Livonia, Prussia regionibusque vicinis primum accepisse probari potest.

Plerique antistites episcopatum in Livoniae, Estoniae, Prussiae regionibus recens institutorum, neque tamen firmiter stabilitorum, vel etiam mox prorsus abolitorum, multis de caussis profugi, per Germaniam peregrinantes hospitioque episcoporum ibi ordinariorum utentes, plerumque ipsorum vice et nomine officia munieris pontificalis exsequebantur. Per multis documentis hos exules episcopos in aliis dioecesis indulgentias concessisse, ecclesias et altaria dedicasse, sacros ordines celebrasse probatur. Inde ab eo tempore manifestum est, constantem suffraganeorum apud episcopos Germaniae extraordinariorum ordinem usque ad nostros dies deinceps sibi succendentium coepisse, fungentibus primum hoc munere episcopis

<sup>1)</sup> Vid. Ind. Lyc. Hosian. superioris semestris hiemal. 1866/67 p. 9, n. 34.

<sup>2)</sup> V. Binterim, Denkwürdigk. der Kirche I. 2, p. 377 sqq. et qui ibi laudantur libri. Binterim, Suffraganei Colon. Extraord., syntagma, quod prius instruxit Heister.; Holzer, de Proepisc. Trevir.; Tibus, Gesch. Nachr. über die Weihbisch. v. Münster, 1862.

e Balticis regionibus profugis.<sup>3)</sup> Ita factum est in provinciis ecclesiasticis Moguntina, Coloniensi, Trevirensi, Utrechtensi, Monasteriensi<sup>4)</sup>.

Exempla ipsa ex historia episcopatum saec. XIII. in Livonia, Prussia vicinisque terris institutorum petita quae attigimus magis explanabunt<sup>5)</sup>.

## СУТАНСТЯ ОТСЯ

Episcopatus Livoniae 1192 fundati sedes a. 1201 s. 1202 Rigam translata est, inde episcopatus Rigensis dictus. Postquam primi episcopi (Meinardus, monachus Segebergensis, 1192—1196, et Bertholdus, abbas Luccensis, ord. Cisterc. 1197—1198) etiam prima tantum fidei Christianae semina jecerunt, tertius Albertus I. (1198—1229)<sup>6)</sup> plura suscepit in Germaniam itinera, ut auxilia contra paganos peteret. Qui Nicolao (1229—1253) successit Albertus II. (Suerbeer cognomine, quondam archiepiscopus Armachanus (1240), inde ab a. 1246 archiep. Prussiae, Livoniae et Estoniae, 1254 archiep. Rigensis, sede illa occupata, nominatus, proventibus eo usque episcopatus Lubecensis ei 1247 commendati sustentatus, simul inde ab 2. April. 1246 apostolicae sedis Legatus „in provincia Pruscie, Lyuonie, Estonie, Gotlandie, Holtsacie et Rvye“, quibus 3 Maj. ejusdem anni addita est Russia; ita ut etiam a. 1256 sese nominaret archiepiscopum Lyuonie, Estonie et Pruscie ac Rigensis ecclesie, Apostolice sedis Legatum per totam Lyuoniam, Estoniam, Curoniam, Sambiam et

<sup>3)</sup> Quum in remotis maris Baltici regionibus primum fides christiana propagaretur, episcopos nominari acceleratum est, priusquam de victu eorum satis provisum esset, multis tamen, ut videtur, eam dignitatem appetentibus. Evenire igitur facile potuit, ut nonnulli munus episcopale minus legitime aut digne adipiscerentur, ut aut ab una aut ab altera parte ambitionis causa evenherentur, quum in istis terris potestas, auctoritas et commodum et archiepiscopi, et fratribus militiae Christi ordinisque Teutonici, et sedis apostolicae ejusque Legatorum tantopere inter se colliderent. Nonnullus infestus in eos horum ordinum militarium animus aut paganorum ferocitas expulit; quidam propter certamina et labores gravis quod suscepserant oneris peregrinari aut caram patriam repetere, aut, si fratres ordinis Teutonici erant, in domibus eorum in Germania sitis versari maluerunt, quam sedibus suis praeesse; aliquos Legationis apostolicae officia vel alia negotia in externas regiones vocavit.

<sup>4)</sup> Qui de hac re scripti sunt libri laudantur in S. P. II. p. 43; quibus addendi sunt: Tibus supra laudatus et Fr. Aug. Koch, die Erfurter Weihbischöfe, 1864.

<sup>5)</sup> In universum notanda sunt haec testimonia: Litterae Innocentii P. IV. d. d. 1. Oct. 1248 (CP. I. p. 70) ad archiep. Prussiae datae „cum nonnulli Suffraganeorum tuorum propter novelle terre plantationem sustentari non possint;“ „dum abesse a locis suis pro acquirendis sibi necessariis quodammodo compellantur;“ permititur igitur his suffraganeis, ut „quilibet eorum beneficium ecclesiasticum, etiamsi curam habet animarum, possit libere propter necessiariorum defectum recipere, si ei canonice offeratur.“ Idem papa litteris d. d. 11. Apr. 1249 (CW. I. p. 43) testatur, archiepiscopum Prussiae et Livoniae extra suam provinciam esse ejectum. Gudenus, Cod. diplom. IV. p. 806, quum de Theod. episc. Wironensi loquitur (1254), dicit, „invaluisse priscis temporibus consuetudinem, ut non pauci characterem appetierint episcopalem; eumque consecuti peragrarent regiones, de una ad aliam, officia sua dioecesis offerendo, locandoque ad certos annos.“ De apostasia neophytorum, et, quod inde sequebatur, exilio episcoporum saepius est sermo. 1261 rex Lithuaniae Mindowe „fratres et omnes christianos a regno suo expulit.“ S. P. II. 42. — cf. Guden. I. c. I., 826, de Christiano episc. Sambiensi, 1287.

<sup>6)</sup> Plerumque de Appeldern ( pago Bukkigau Mind. dioec. Koch, die Erfurter Weihbischöfe p. 62), melius de Buxhöwden (e gente Buxhövediana) nominatus. Albert. ep. Livon. 1206 Daventriae capellam consecravit, 1216 Erfurti erat; testis in diplom. quodam Waldeccano occurrit cf. Koch I. l. 62.

Prusiam, necnon per Gotlandiam, Rvyam, Holtsaciam et Rvsciam.“ Negotia in episcopatu Lubecensi, officia Legationis, accessus ad sedem apostolicam multoties eum avocaverunt a sua dioecesi. Sed Albertus II. notior est, quam in quo moremur.<sup>7)</sup>

In Lithuania episcopatus fundandi primi conatus postquam a. 1253 facti sunt, Christianus, frater ordinis Teutonici, primus Lithuaniae episcopus a. 1254 a Mindowe Lithuaniae rege institutus est. Qui autem episcopatus firma fundamenta non habuit<sup>8)</sup>. Christianus a. 1259 a paganis profugit. „Mindowe rex Letwinorum apostatavit a fide“ 1261. Episcopus inde ab a. 1259 exsulabat atque in dioecesibus Monasterensi (unde ortus esse videtur) et tunc Moguntina vicarius episcoporum multifariam muneribus pontificalibus fungebatur<sup>9)</sup>.

Quum demum a. 1387 Wilnensis episcopatus initium ceperit, postquam etiam fundatio archiepiscopatus Bayern in Lithuania a Ludowico Bavarо imperatore diplomatica d. d. 15. Nov. 1337 facta, irrita fuit<sup>10)</sup>, mirari subit, post Christianum alium inveniri Lithuaniae episcopum et quidem fratrem ord. Teut., qui haud dubie hac nominatione jus quod in Lithuaniae — ex ipsius maxime regis Mindowe donationibus — habebat, servare sibi visus est. Est Johannes Lettoviensis episc. qui inter a. 1273 et 1288 in diplomaticis occurrit uti suffraganeus episcopali in Germania munere fungens<sup>11)</sup>. Etiam a parte Polonorum, qui fuerunt

<sup>7)</sup> Librum de Alberto singularem scripsit P. v. Goetze, Albert Suerbeer, Erzbisch. v. Preussen, Lvl. u. Ehstland. St. Petersburg 1854, qui eum Colonia oriundum refert. Ceterum videantur diplomata plurima in C. W., imprimis I. p. 506. C. P. (i. e., Voigt, Cod. dipl. Pruss.) al. Innocentius antequam ei episcopatum Lubicensem „pro sui sustentatione“ (v. litt. d. d. 4. Mart. 1254 in Voigti hist. Pr. 3, 58) commendavit, Chiemensem episcopatum commiserat (30. Mart. 1246), „ne necessitatis angustiam patiatur;“ „si aliquis ad ipsum canonice minime sit electus“ (dipl. apud Goetze I. I. p. 170). Quae tamen collatio effecta esse non videtur. Lubicensem episc., cuius plerumque ministrum, tutorem (vormunder, vorweser) se nominat, administravit usque ad annum 1254. Quamquam Legationis per Prussiam, Livoniam et Estoniam officio 27. Sept. 1250 exsolutus est (C. P. I. p. 81, cf. p. 92 „tu tandem videns quod in Pruscie partibus ex labore tuo circa Legationem huiusmodi speratus fructus non poterat provenire ipsi Legationi quantum in te fuit renuntians etc.“), tamen Innocent. ipse 7. Mart. 1254 (ibid. p. 93) declarat, illam revocationem ad Prussiam dumtaxat, non ad Livoniam, Estoniam vel Russiam spectare; quin etiam denuo 1256 inter Legationis ejus terras Prussia nominatur.

<sup>8)</sup> Vid. nostram commentat. in Zeitschr. f. Gesch. u. Alterth. Erml. 2, 374.

<sup>9)</sup> Tibus (Weihsisch. v. Münster) eum (Lecowiensem, perperam pro Lettoviensem) primum habet suffraganeorum Monast. inde ab a. 1259, quo anno ecclesiam Floridi Horti in Frisia consecravit. Affertur etiam in elenco suffraganeorum Mogunt. vol. II. p. 422. Eodem errore ibi Chr. D. G. „Episc. Licovie“ nominatur in dipl. d. d. 15. Apr. 1262, quo indulgentias concedit „accidente consensu Archiep. Mag. loci ejusdem dioecesani.“ Quum a. 1268, 10. Sept., etiam vivus reperiatur (aderat tum consecrationi ecclesiae Portae Coeli Numburg.), 1271, 3. Dec., bonae memoriae nominatur. Cf. S. P. II. p. 43, 139; Koch p. 65; Tibus p. 45.

<sup>10)</sup> V. Erml. Zeitsch. I. c. 377. Ordinem episcoporum Wilnensem Polonorum inde ab a. 1387 incipientium vide apud Rzepnicki, Vitae Praesulum Poloniae, Posn. 1762. II. p. 169 seqq.

<sup>11)</sup> Habetur in ordine suffrag. Mogunt. a. 1275 (Joh. Rer. Mog. II. 422, ubi perperam Hettoviensis nominatur 1276 monast. Volcolderensi indulgentias dat, Koch p. 65), maxime autem uti suffrag. Constantinensis reperitur ita etiam a. 1288 („Bonitate divina frater Joannes Lethoviensis ordinis fratrum domus Teutonice vices gerentes venerabilis domini R(udolfi) dei gratia Constant. episcopi“); praeterea in provinciis Magdeburgensi (1278), Bamberg. (1280), Bremen. (1281) indulgentias concessit. Vid. testimonia in S. P. II., 43, 139, 802, 803. De Sigillo (Fris Jonis Dei Gra. Lethovien. Epi) v. ibid. 802, Napiersky, Ind. Livon. II., 356.

dominationis Lithuaniae contra fratres illius ordinis aemuli <sup>12)</sup>, ibidem episcopi instituebantur. Vitus, Lithuaniae episcopus, 1253 consecratus, inter episcopos regni Poloniae aliquoties invenitur <sup>13)</sup>.

Ad remotiores illas regiones pertinebant etiam Jazwingorum (sive Jatwesoniae) et Rutheniensium episcopi.

Jatwesoniae (Jatwesiae) primus episc. a. 1249 ab Innocent. P. IV. nominatus atque archiepiscopo Livoniae et Prussiae subditus est Frater Henricus, qui 1259 in Trevirensi, 1261 Moguntina, 1262 Pataviensi dioecesis exul et indulgentias concedens reperitur <sup>14)</sup>. Terra Jazwingorum hodie Podlachiam (Subsylvania) atque regiones, quae septentrionem versus eam attingunt (Sudaviam, Denovam, partem Samogitiae <sup>15)</sup>), complectitur. Ubi illic locorum sedes fixa sit, non constat; fortasse nusquam <sup>16)</sup>.

Rutheni distinguuntur Plescowenses et Watenses <sup>17)</sup>. Episcopatus Rutheniensis 1255 (C. W. I., 69) ab Alexandro Papa IV. inter eos refertur, qui archiepiscopatu Rigensi subditi sunt. Episcopos, qui huc referri possint, hos habemus: <sup>18)</sup> Gerwardum Episc. Russiae 1254 Cracoviae inter plures episc. Polonos (una cum Vito Lithuaniae) obvium; Henricum Episc. Rossmensem, qui 1264 in catalogo suffrag. Trevirensium quintus affertur atque, ut opinamur, in Rossinensem corrigendus erit; Theodericum Ep. Ruthinensem, qui a. 1384 suffrag. Mogunt. Erfurtensis ab archiep. Adolpho assumptus est. <sup>19)</sup>

<sup>12)</sup> De contentionibus Polonorum cum fratribus O. T. in convertendis et subjiciendis Lithuaniae et Jazwingis v. Erml. Zeitsch. I. c. 374, 375.

<sup>13)</sup> De Vito v. Boguph. in S. P. I., 758 („frater Vitus de ordine predicatorum primus episcopus per ... Archiep. Gneznens. in episc. consecratus“ a. 1253). — 1254, 8. Maj. cum aliis episc. Polon. Cracoviae est. V. Grünhagen, Regest. Vratislav. I. p. 45. — Kojalowicz Hist. Lit. p. 97 eum facit regem Mindowe 1252 inaugurantem falsa cum veris miscens. — 1262 et 1263 „quondam significatur.“ S. P. II. 43. Rzepnicki I. I. p. 166. „Vitus brevi, quem Mendogus fidem Christi deseruisse, contumeliis affectus, non absque vulneribus a populo et principe perfido infectis ejectus, Cracoviae in suo coenobio decessit.“

<sup>14)</sup> V. C. W. (i. e. Cod. dipl. Warmiensis) I. 43. II. 561. S. P. (i. e. Scriptores Rerum Prussicarum) II. 43, 139, 178. 1259 et 1261 frater ord. Cistert. nominatur; 1249 (C. W. I. 43) scribitur ord. Praedicat., fortasse minus accurate.

<sup>15)</sup> V. Erml. Zeitsch. II., 366 sqq.

<sup>16)</sup> Postea Podlachia episcopatu Luceoriensi suberat, ex Polonorum fontibus aut a Boleslao Pudico (1127—1279), quod tempus cum Henrico convenit, aut a Ludowico rege 1375 condito; regiones septentrionales ad episc. Samogitiae spectabant. Jam alias (Erm. Zeitsch. II., 374) conjecteramus, episc. Jatwes. eundem esse, quem Wersonensem (in dipl. 1255 CW. I. 69) vel postea Samogitiae, quae tamen res, quum de lectione non constet, in dubio relinquitur. De episcopatu postea nusquam etiam mentio fit.

<sup>17)</sup> V. Chron. Liv. in S. P. II., 29, 30. De situ Watlandiae ibid.

<sup>18)</sup> De Henrico v. Holzer, de Proepiscopis Treviriensibus p. 24; de Gerwardo: Grünhagen I. c. 45; de Theoderico: Gudenus, Cod. Diplom. Anecdote. IV. p. 809 in Elench. Suffrag. Erfurt. (Hern Diederich Bischoff zu Russen vicarius in pontificalibus). In S. P. II. p. 43 per errorem hic Theod. frater ord. Augustin. ad annum 1285 relatus est. Idem error redit apud Koch, I. c. p. 65. (Etiam 1328 alias episc., Kyoviensis, ritus Latini in Germania [prov. Magdeb.] exsulabat. S. P. II. 76.)

<sup>19)</sup> Clemens Papa V. Joanni archiep. Bremen, et Magistro Alberto de Mediolano a. 1310 committit inquisitionem et examen horrendorum facinorum a fratribus ord. Teut. contra eccl. Rigens. perpetratorum. (Dogiel, V. nr. 37;

In Watlandia (cum Ingria et Carelia) ut episcopum institueret, Alexander IV. P. a. 1255 archiepiscopo Rigen. permisit. Henricus episc. Watlandiae a. 1262 in dioecesi Pataviensi indulgentias dedit<sup>20)</sup>. Alia mentio de hoc episcopatu non extat. Episcopatus Kapoliensis<sup>21)</sup> (s. Kareliensis), cuius episcopus Fridericus a. 1268 commemoratur, idem fuisse videtur.

Estoniae episcopatum primordia per paganos, per aemulationem Danorum et Germanorum (maxime fratrum militiae Christi), per contentionem archiepiscopum Lundensem inter et episcopum Rigensem turbata fuere. Albertus ep. Rigen., una cum episcopis Paderbornensi, Verden., Raceburg., qui Alberto incitante militaturi contra paganos in Livoniam profecti erant, abbatem Dunamundensem (Montis St. Nicolai) Theodoricum (de Toreida s. Treyden) a. 1211 Rigae episcopum Estoniae consecravit<sup>22)</sup>. Theodoricus, Estiensis in Livonia episcopus, ut Schatenus ad a. 1213 tradit, versabatur Coloniae sollicitando ad Rhenum et per

Dlugoss. 9, 945 seqq.; Livoniae Commentarius Gregorio XIII. P. M. ab Ant. Possevino, S. J., scriptus; Rigae 1852, p. 8 seqq.) Litterae apostolicae de ea re datae inter alia haec habent: „Regnum Ploczech, quod quondam Rex Plochensis, ad fidem conuersus, prolem non habens legitimam, eidem Eccles. Rigensi contulerat pro animae suae salute, dictis paganis, non absque jactura multitudinis numerosae fidelium dimiserunt. Cuius occasione duae solennes Cathedrales, Zelouiensis videlicet et Ruthenensis Ecclesiae, consistentes in Regno praedicto, totaliter sunt deletae.“ Ad regnum Polocense (Plosceke, Plotzeke, Polotzk, in fontibus S. P., hodie Połocz), in quo episc. Ruthenensis situs erat, et Plescowenses et Watenses spectasse videntur, qui, septentrionem versus Polocenibus contigui, iidem Rutheni seu Ruthenienses sunt. De regibus antiquis Polocensibus e stirpe principum Russorum constat. (Ceterum nomina Plescow et Plosczkow confundi facile possunt, uti in Chron. Liv. S. P. II. 67 factum est). Principatum Plescowensem Jaroslaus Wladimi filius (Jaroslaw Wladimirowitsch) dimidium ecclesiae Tarbatensi dono dederat 1247, postquam 1242 urbs Plescobia (Pskow) ab Alexandro Newski occupata est. Hic Alexander „illustris rex Nougardiae“ Innocentio IV. P. promiserat, se in „civitate sua Pleskowe Latinorum Ecclesiam erecturum Cathedram“ (v. litt. apost. d. d. 15. Sept. 1248, C. W. I. Regest. p. 10, aut 1249, uti Goetze habet l. c. p. 174. Ceterum non assentior Goetzio, qui in hac universa re maiores difficultates videt, quam sunt; v. p. 24 seqq. 137 seqq.). Rutheniensis igitur episcopatus facile idem qui Pleskowensis esse potest. — Nomen alterius in regno Polocensi episcopatus, Zelouiensis, exquirere non contigit, nisi fortasse a Zelonia (S. P. II. 104; i. e. Selonia, hodie Selburg; de episcopatu Seloniensi infra) dictus est. „Lettgalli et Selones, qui regis erant Ruthenici tributarii“, Hen. Lett. p. 54. Partem terrae Polocensis jam 1237 Wilb. Legatus episcopo Seloniensi attribuerat (Dogiel, Cod. dipl. Polon. V. p. 14 cf. Schröder, Gesch. v. Litt. in Allgem. Welthist., Halle 1785. 50 Thl. S. 374). In dipl. illo, quo episcopatus eccles. Rigensi subdit, annotantur, a. 1255, post Ruthen. assertur Verfaniensis (Dogiel V. n. 61, Goetze p. 144; Wersouensis in Chron. Lucae David III. 46; Wersoniensis, C. W. I. 69), pro quo quidam legere voluerunt Varsoviensem vel Litthuaniensem, Goetzius p. 144 sqq., corrigere vult Revaliensem. Quum igitur lectio non constet, cur non, nomine omnino corrupto vel a sede aliqua deducto, aut de Zeloniensi aut de Watensi (sive Kareliensi) cogitemus, qui uterque, quamquam ad archiep. Rig. spectabat, in indice illo desideratur?

<sup>20)</sup> C. W. II. p. 560, ex Pertzii M. G. XVII., 381.

<sup>21)</sup> Dictus a Kaporje, loco Watlandiae principali in Ingria (Ingermannland.) S. P. II. 30. 1268 Portae Coeli „Fredericus (de Haseldorf, canon. Hamburg.) Kareliensis Ep. et Darwecensis (lege: Darbatensis) Ecclesiae postulatus“ (Tibus l. c. 15; Goetze p. 78). Tunc 1268—1284 episc. Tarbatensis.

<sup>22)</sup> S. P. II. 27. Litterae potificiae apud Schaten, Annal. Paderborn. I. 675. ad annum 1213; Hartzheim, Concil. German. III. p. 497; d. d. 29. Oct. „Cum ergo venerabiles fratres nostri Paderburnen. Verden. Raceburgen. et Rigen. Episcopi te in Episcopum Estien. provinciae duxerint ordinandum, sicut ex litteris accepimus eorundem etc.“ Toreida, hodie Treiden, castrum erat ditionis Rigensis.

Westphaliā non modo subsidia aduersus barbaros, sed et sacerdotes et apostolicos viros conquirendo, qui rudem Livoniae populum docerent. Nam ad Rhenum fuisse docet haec vetus inscriptio: „Anno MCCXIII. 8. Cal. Sept. consecratum est altare novi Chori Sanctensis ab Episcopo Estiensi in honorem B. M. Virginis.“ Episcopos Monasteriensem, Paderborn. et Verdensem non modo ad commendatitias Innocentii litteras Estensem episcopum omni caritatis ope et subsidiis exceperisse, sed et se ipsos ad profectionem in Livoniam et apostolicos labores obtulisse, docent litterae pontificiae 30. Oct. 1213 ad illos episcopos datae<sup>23)</sup>). Pontifex praeterea eodem anno aliis litteris ad milites Teutonicos in Livonia Theodericum ep. ad ipsos in Livoniam remissum commendat. Iisdem simul litteris, ut Schatenus addit, haud leviter Teutonicorum militum avaritiam perstringit, quod episcopo huic auxilia negarent et certam sibi prius in ea provincia terrae partem possessionemque agrorum dari peterent. A. 1215 Theod. iterum Tremoniae Westphalorum occurrit. Testis est Godefr. Colon. (Boehmer, *Font. Rer. Germ.* II. 353): „Eodem anno a venerabili Tiderico Heistorum episcopo consecrata est ecclesia St. Pantaleonis V. Kal. maii.“ Redux in Livoniam a. 1219 a paganis occisus est.

Jam intestina discordia exorta, anno 1220 et Danorum rex Waldemarus II. Wesselinum capellatum suum episcopum Estonensem fecit, qui Revalensis episcopi nomen gerere coepit, et Albertus I. epis. Rigen. fratrem suum Hermannum (de Buxhöwden, antea abbatem St. Pauli Bremensis coenobii) episcopum Estonensem seu Lealensem nominavit. Ita duo episcopatus in Estonia exstitere, Danorum Revalensis, Germanorum Lealensis, quem utrumque Pontifex confirmavit.<sup>24)</sup> Hermannus Lealensis, sede a. 1224 Tarbatum (Dorpatum) translata, primus exstitit ep. Tarbatensis.

Sed utrique episcopo et Hermanno Lealensi, cui jam ab initio iter per Danos impediebatur, et Wiscelino Revalensi propter tempora evenit, ut exsularet in Germania.

Hermannus episc. Tarbatensis tamen nomen Lealensis retinebat<sup>25)</sup>, atque 1245 ep. Tarbat. omnino resignavit. Hermannus primus refertur in ordine constantium suffraganeorum

<sup>23)</sup> Litt. ad Ottinem I. ep. Monast. apud Wilmans, westfael. Urk. B. III. p. 40. cf. Baluz. *epp. Inn.* III. II. p. 808; ad Bernardum III. ep. Pader. apud Schat. l. c. cf. Raynald. *Annal.* 1213 §. 9. p. 197. — Otto Monast. captivitate sua impeditus est, quominus in Livoniam transiret; Bernardum iterum illuc profectum esse, verisimile non est. — Theodericus praeterea annis 1211 et 1216 in dioecesi Coloniensi ecclesias plures consecravit (Binterim l. l. p. 35; Holzer l. l. p. 30, quo ministerii sacri collega Hugonis Leodiensis ep., qui eum benevole exceperat, prohibetur), inter hos igitur annos in Germaniam rediisse videtur. Ceterum Theod. etiam ep. Lealensis nominatur. S. P. II. 27. (Engelmann, *Chronol. Forsch.*, in *Mittheil. aus der livl. Gesch.* IX. 556, eum habet primum ep. Tarbatensem, 1211—1219).

<sup>24)</sup> Schlözer, *Gesch.* v. Litt. p. 348. — *Annales Stadenses* in Pertzii *Mon. Germ.* XVI. p. 357 haec habent: „Thiderico Estonensi episcopo a paganis occiso, Hermannus, abbas Sancti Pauli in Brema, in episcopatum substituitur Lealensem.“ Ad quem locum editoris nota additur: Theoderico mortuo a. 1218 (v. *gesta Alberti Livon.* episc.), episcopatus Estoniae divisus est in duos episc. minores, videlicet Lealensem sive Dorpatensem, qui Hermanno, et Revalensem, qui Weseloni contigit. Cf. etiam Alberic. a. 1215.

<sup>25)</sup> Leale oppidum in Maritima (s. Wick). Herm. Lealensis appellatur 1220, 1226 (S. P. II. 27); 1230, 1234 (Napiersky, II. 273). Qui aliquot annos post occurrit Henricus ep. Leal. habendus est Osiliensis ejusdem nominis ep. Maritima (cum oppidis Leale et Habsale) interim ad episcopatum Osiliensem ceciderat. Hic episc. etiam et Maritimae et Habsalensis interdum nominatur. Num jure Bernardus Selonensis epis. Lealensis dicatur (Binterim l. c. p. 33), dubito.

Trevirensium<sup>26)</sup>). A 1225 in Germania versabatur una cum fratre Alberto I. ep. Rig., quum uterque aulam Regis Henrici (VII.) adiret, qui Norimbergae mense Nov. 1225 nuptias suas celebravit. Hermannus jam ante hunc diem, 6. Nov., apud Wimpiam cum rege convenierat atque, uti episc. Tarbatensis, inter principes regni cooptatus erat. Rex utrius diplomatis 1 Dec. datis jura principum regni concessit. 20. Sept. 1226 Henricus arch. Coloniensis consecratus est „praesentibus omnibus suffraganeis suis, nec non et Jacobo et Herimanno Lealensi episcopis.“ Idem inde ab anno 1229 Trevirensis arch. vices gessit, etiam anno 1233. Sequenti anno ad sedem suam rediit<sup>27)</sup>.

Wiscelinus ep. Reval., qui etiam 1225 Rigae una cum Wilh. Legato commorabatur, anno 1227 adjutor Henrici I. arch. Colon. in negotiis pontificalibus obvius est<sup>28)</sup>.

Post eum (a. 1236 obiisse videtur) episcopatus Reval. aliquantum quievisse, sed inde ab a. 1240 restitutus esse videtur, atque exinde provinciae Lundensis permanebat.

Anno 1257 G. (Gerhardus) ep. Tarb. „Livoniae de ordine Cysterc.“ Porceti (hodie Bartscheid) commoratus est<sup>29)</sup>.

Wironia terra (Wirlandia) etiam erat pars Estoniae, in qua Dani 1219 episcopatum Wironensem constituebant, eique Ostradum tunc praefecisse traduntur. Qui episcopatus, Danis per Germanos pulsis, a. 1224 desiisse videtur. A. 1240 Waldemarus II. rex consilium episcopi denuo instituendi habebat. Re vera autem tandem a. 1247 invenimus Theodericum fratrem ordinis Minorum, qui autem inde a primo pontificatus sui anno (1247) continenter in Germania, patria sua (erat enim Hildesiana familia ortus, nomine de Minda), degens atque vicarius multorum episcoporum pontificio munere functus c. a. 1271 extra dioecesim, a qua nomen habebat, ut videtur, obiit. Causa exilii haud dubie in eo posita erat, quod natione Germanus ab Alberto, Prussiae, Livoniae et Estoniae archiepiscopo, contra jus metropolitanum archiepiscopi Lundensis institutus erat. Uti Gregorius IX. Papa jam 1236

<sup>26)</sup> Holzer, l. c. p. 14, qui dicit p. 15, Hermannum ob longum inveteratumque dissidium cum fratribus ord. Teut. e dioecesi sua decessisse, exterorum principum auxilium beneficentiamque imploraturum.

<sup>27)</sup> Testimonia de Hermanno sunt apud: Holzer l. c., S. P. II. 27. Voigt, hist. Pr. I. 674; Godefr. Colon. in Böhmer, Font. Rer. Germ. 2, 360; Böhmer, Regest. imp. ad a. 1225 Henr. (VII.) Napierky, II. 275.

<sup>28)</sup> V. S. P. II. 31; Holzer et Binterim l. c. Wiscelinus jam a 1218 ep. Reval. fuisse dicitur (Holzer p. 13; Nap. II. 364; Mooyer, Onomast. Hierarch. Germ. p. 90, qui eum habet usque ad a. 1226). Engelmann, in libro, qui inscribitur: Mittheilungen aus der livl. Gesch. IX. p. 555, habet Guicelimum 1220—1236. — Binterim l. c. p. 36 refert, Wiscelinum „dubio absque ob turbatum suae dioecesis et regionis statum curiam adiisse imperiale.“ Celebrabantur etenim mense Martio 1227 Aquisgrani solemnia nuptialia Henrici (VII.) et coronatio reginae; 28. Martii celeberrima curia habebatur. Ibi convenerunt plurimi archiepiscopi, principes, episcopi, comites etc. v. Godef. Colon. l. c. p. 360. Böhmer, Reg. l. c. 227.

<sup>29)</sup> V. Mooyer, in Mittheil. aus der liv. Gesch. IX. p. 16. In catalogo apud Nap. II. 358 proferuntur post Hermannum: „Bernhardus 1245, etiam 1247; et Alexandr (Gernhardus?) jam 1263, qui 1272 obiisse putatur.“ Ita etiam Mooyer, Onomast. p. 34. Engelmann l. c. p. 556 habet: Bernh. I. 1245—1247; Alex. 1263 + 18. Febr. 1268 (recte; Alex. in pugna hoc die occubuit. S. P. II. 46). G. aut alteruter est, aut inter utrumque ponendus. Prostant etiam litterae Innocentii IV. e tempore interjecto, scil. 1251 et 1254, ad ep. Tarbatensem, nomine omisso, datae. S. P. II. 135. 137.

Andream archiepiscopum Lundensem a fratribus militiae Christi (gladiferis) defenderat, qui episcopatus „tres in Estonia, quos ille excitasset, nimurum Lealensem, Wironensem et Revalensem occupassent“<sup>30)</sup>, ita Innocentius IV. 1248 contra Albertum archiepiscopum<sup>31)</sup>. Albertus tamen quod volebat per litteras papales assequutus esse videtur. Etenim litteris Alexandri Papae IV. d. 31. Mart. 1255 inter episcopatus eccl. Rigensi subditos etiam Wironiensis refertur<sup>32)</sup>; quae tamen res irrita erat, quum Theodoricus ep. exularet atque Wironiensis episcopatus a. 1265 omnino desineret atque cum Revalensi conjungeretur.

Theodorus autem episcopus Wironensis tantum circumvagatus est in dioecesibus occiduae Germaniae, quam nullus aliis. Non unum illarum regionum episcoporum in munere pontificio adjuvit, sed mox hic mox illic indefessus vices episcoporum gerens obvius est. Refertur non solum inter constantes suffraganeos Trevirenses, sed etiam in Moguntinorum numero habetur. Idem non solum archiep. Coloniensis vicarium se praestitit, verum etiam Wormatiensis, Metensis, Hildesiensis, Mindensis, Paderbornensis, Leodiensis. Post a. 1271 de eo nihil amplius auditur<sup>33)</sup>.

<sup>30)</sup> V. Raynald. Annal. eccles. 13, p. 455. — Gregorius IX. 22. Mart. 1236 Wilhelmo Legato mandat, ut episcopatus Wironensem et Revalensem a gladiferis archiepiscopo Lundensi restituat, de Lealensi autem ex jure constitutus („super episc. vero Lealensi sic ipsi ecclesiae studeas providere, quod eius justitia non ledatur“). Hist. Russ. Monim. I. 43; Regest. Wilh. in S. P. II. 125 seqq.; Goetze l. c. p. 70.

<sup>31)</sup> V. litt. Innocentii IV. d. d. 24. Nov. 1248 apud Baluz. VII. p. 433 et in C. W. I. 26, in quo diplomate ex Cod. MSS. 4039 biblioth. imperial. Paris. (epist. Innoc. 236) legitur: Loinden. (i. e. Lundensi) pro Lavoniensi ... volumus et debemus ... per creationem (pro citationem) ... in Revalien. et Witen. (pro Wirensi?) ... aliis episcopatibus Estoniae (sine dubio Lealensis; num et Watensis?).

<sup>32)</sup> C. W. I. p. 69. Clemens P. IV. in repetitione ejusdem diplomatis a. 1267 (l. c. 73) sub finem addit: „Nolumus autem per hoc ius nouum acquiri sed antiquum tantummodo reseruari.“ Re vera jus ecclesiae Rigensis in episcopatum Wiron. aequo obsoletum fuit, ac in Rutheniensem et Wersoniensem (quomodo cunque legendum erit).

<sup>33)</sup> Plurima de hoc Theodorico Wironensi episcopo prostant diplomata aliaque testimonia: E. F. Mooyer de eo commentario scripsit in Mittheil. a. d. livl. G. IX. p. 3—42 et 126—128. Hildesianum eum fuisse, Grotfend probavit (Zeitschrift d. hist. Ver. f. Niedersachsen 1859 p. 85, cf. Koch p. 65). Diplomata apud Guden, Würdtwein, Joannis, Mooyer l. l., Seibertz (Urkundenb. l. p. 355) etc. In dioec. Trevir. (v. Holzer l. c. p. 18—22; ubi tertius est suffrag.) primum 1247 occurrit; deinceps 1262 („accidente consensu Trev. Arch.“) 1263, 1267 („Henr. Trev. Arch. cuius vices gerimus“). Et Elench. Suffrag. Mogunt. in partibus Rheni (apud Joannis l. c. 422) et in partibus Thuringiae (apud Gudenum IV. 805, Koch, die Erfurt. Weihb. p. 63), eum vicarium pontificii muneres habent. Arch. Mogunt. Erfordiae inde ab hoc Theoderico continenter suos habebant suffraganeos, quamdiu Thuringia vicinaeque regiones ad eam dioecesim spectabant. 1263 archiepiscopus Theodorico vices suas in Thuringia commisit. V. Guden. l. c. Jam 1248 archiepiscopo Mog. operam praestitit, inde 1255—1262 fere continenter. In diplom. eius Mogunt. saepius additur „accidente consensu Archiepiscopi.“ Etiam 1267, 1270 et 1271 in prov. Moguntina occurrit. Post 1. Mart. 1271 nulla omnino memoria ejus exstat. Archiep. Coloniensi 1250, 1252—1255 saepius adjutor adest. Diplomata 1249 aut 1250 dato (Mooyer l. c. p. 30.) arch. Colon. apostolicae sedis Legatus ei „auctoritate sibi commissa injunxit, ut per Monasteriensem, Osenburgensem et Mindensem civitates et dioeceses procurationem suam colligi faceret.“ Binterim l. c. p. 38, quum legat „Virodensis“, hunc episc. collocare nescit. Obvius est in dioec. Metensi 1263 (Holzer p. 21 „accidente consensu Metensis ep.“), Hildesiensi 1261 (Mooyer p. 36), Mindensi 1265 (Mooyer p. 39 et 40; Schaten a. h. a. habet Th. Viconensis), Paderbornensi 1251 (Koch p. 64), Leodiensi 1250 (Mooyer p. 126, ubi mirum in modum „reconciliavit“ transfertur per „geweiht“; „sacros ordines celebravit“ per „eine Hochmesse gelesen“; „Abbates benedixit“ per „eingesegnet“!) — „Frater Hugo Tit. Sancte Sabine presbiter Cardinalis“ 1260 indulgentias ab episcopo

In Osilia insula, postquam a fratribus militiae Christi (gladiferis, Schwertbrüdern) 1227 expugnata est, episcopatus Osiliensis (et Maritimae i. e. Wiek) institutus est, cuius primum antistitem Godefridum<sup>34)</sup> nomen tantum, non tamen curam suae dioecesis gessisse Wilhelmus Legatus ipse testatur<sup>35)</sup>. Wilhelmus Legatus a. 1234 Fr. Henricum ord. Praedic. episcopum Osiliensem consecravit. Etsi a. 1235, 1237, 1238, 1241, 1242, 1249 in sua dioecesi commoratum fuisse diplomata testantur, tamen eum in dioecesibus Trevirensi (1241, 1255); Coloniensi (1259), Mindensi (1260) ecclesias et altaria dedicantem invenimus<sup>36)</sup>. Tertius Osiliensis episc. Hermannus I. (de Buxhöwden) 1262 mense Aug. Lubecae degebat, diploma quoddam sigillo suo muniens<sup>37)</sup>.

Novo in Curoniae partibus episcopatu Seloniensi (i. e. Selburgensi) sive Semigallensi anno 1218 ab Alberto I. ep. Rig. primus antistes datus est clarissimus ille et notissimus comes Lippiae Bernhardus, qui, saeculo c. a. 1194 relicto, 1201 abbas Dunemundensis factus, ab ipsis filio Ottone Utrechtensi ep. 1219 consecratus est<sup>38)</sup>.

Theod. concessas vivae vocis pontificiae oraculo valere testatur. V. Guden. l. c. II. 665. Notanda est formula, quacum diplomata Theodorici omnia incipiunt: „Bonitate divina.“ (Ita etiam Joannes Lettov. epis., quem supra commemoravimus. S. P. II. 803). Semel invenimus: „Benedictione divina“ (Mooyer p. 30, si recte scriptum est).

<sup>34)</sup> Cf. Schröder, Gesch. v. Litt. pag. 362. 363. — „Quum Hermannus, hucusque Lealensis episcopus, relicta sua sede Lealensi, a paganis diruta, Dorpatum transmigrasset, novus episcopus in partibus maritimis est constitutus Godefridus, Prior de porta Coeli, Cisterciensis ordinis monasterio prope Numburgum ad Salam Thuringic., a 1224 et postea (inde ab anno igitur 1227) ejus dioecesis Osiliensis nominata, † 1228.“ Ita nota ad Possevini Livon. Comment. p. 5. Ante fuit abbas Dunemundensis (S. P. II. 27). Mooyer, Onomastikon etc. p. 75, eum habet 1224—1228. Schröder, p. 363, eum altero jam anno post obiisse dicit; p. 578 eum habet 1226—1228.

<sup>35)</sup> 19. Jun. 1228 in dipl. occurrit; 26. Juli 1229 „primus Asiliensis episc.“ nominatur. S. P. II. 27. 32. Wilh. ap. sed. Legatus 10. Novbr. 1234 omnes donationes, infeudationes, alienationes per Godefridum factas irritas esse jussit, quippe qui nunquam Osiliam venisset, bona episcopatus dissipasset, eique renuntiasset. Ex archiv. Hafniensi, in S. P. II. 802.

<sup>36)</sup> S. P. II. 802. Holzer l. c. p. 16—17, qui eum, secundum in ordine suffrag. Trevir., cum Henrico Semigallensi confundit. Binterim l. c. p. 39. Guden. III. 1133 („Frater H. Dei gratia Episcop. Osilie de partibus Livonie, Ordinis Predicatorum“). Napiersky, Index I. p. 14. 22. S. P. II. 30. 33 seqq.; inter annos 1238 et 1241 etiam Romam profectus est. S. P. II. 38; Engelm. Mith. l. c. 453.

<sup>37)</sup> S. P. II. 42.

<sup>38)</sup> „O mira res!“, exclamat Albert. Stadensis apud Bint. p. 32, „Traiectensis Episcopus patrem suum consecravit episcopum in Aldensele, et postea pater cum eodem filio suo Gerhardum alium filium Bremensem Archiepiscopum consecravit, idemque Gerhardus alium fratrem suum (Bernardum) Paderbornensem consecravit Episcopum.“ Extat etiam diploma a. 1221, quo „Bernhardus Dei gratia Selonensis episcopus“ donationes „nouelle plantationis campi videlicet beate Marie (Marienfeld), quem auctoritate domini pape et consensu episcopi Monaster. Hermanni fundavimus“ (scil. „cum Wedekindo advocate de Rethe cognato nostro“) confirmat, quod finitur: „memoria Helewigis et filiorum eius, quorum hec sunt nomina Gerhardus, Otto, Bernhardus, Theodericus, Hermannus.“ Appensa sunt sigilla quatuor illorum episcoporum, et Theoderici praepositi Davantrensis et domini Hermanni de Lippia. V. Kindlinger, Münstersche Beiträge 3, 149. Wilmans, Westphäl. Urk.-B. 3, 87. Extat etiam Bernhardi privil. Lippiensi urbi (Lippstadt) datum, ita desinens: „Scriptum hoc sigillo Herimanni filii mei communivii, cui et mea omnia resignavi, eo tempore cum ab uxore mea Helewige licentia accepta, Liuonie partes Deo militaturus intraui.“ (Erhard, Cod. dipl. hist. Westf. 2, 238), quod Binterim l. c., Arnaldum Wion. secutus, a. 1244 assignat, Erhardus autem ad a. 1194 refert. In initio hujus dipl. pure „Bern. de Lippia“ se nominat; si igitur etiam 1197 „Vir nobilis Bernh. de L.“ testis occurrit (Kindlinger. l. c. 109), tamen

Bernhardus etiam abbas Dunemund. Albertum I. Rig. in Germaniam et Daniam comitatus fuerat. Episcopus a. 1221, 1222 et 1223 in Germania versans auxilia contra paganos paraturus et in dioecesibus Colon., Monast. et Mindensi (muneribus fungens pontificalibus reperitur<sup>39)</sup>). A. 1223 in dioecesim suam regressus, ibique anno 1224 mortuus esse videtur. Post successoris Lamberti mortem 1231 secutus est Balduinus de Alna, anno 1231 poenitentiarius Ottonis Cardin. S. Nicol. apost. sed. Legati, Romae ab ipso Gregorio IX. episcopus consecratus. Commissum ei per eundum papam 28. Jun. 1232 est „in Livonia, Gothlandia, Vinlandia, Hestonia, Semigallia, Curlandia et caeteris neophytorum et paganorum provinciis et insulis circumpositis legationis officium“, atque „cura episcopatum Revaliae, Wironiae, ac aliorum de Livonia, Vinlandia et Hestonia, dum vacant vel eorum episcopi sunt absentes.“ Jam antea Ottonis Legati nuntius „egregiam in collustrandis evangelii luce populis operam navaverat<sup>40)</sup>.“ Quum tamen ea, quae per Balduinum siebant, milites Christi graviter ferrent, Legationis officio ab eo jam 1234 ad Wilhelmum Mutin. translato, 1236 episcopatu suo se abdicavit. Exinde tempore in Germania commorabatur, ubi a. 1237 archiepiscopus Colon. ejus opera in muniberibus pontificalibus utebatur. A. 1239 Balduinum II. imperatorem Constantinop. in sacra expeditione comitatus atque archiepiscopus Visoinensis nominatus esse traditur. A. 1243 obiisse perhibetur<sup>41)</sup>. Episcopatus Semigalliensis aliquamdiu vacasse dicitur. Innocentius P. IV., precibus Sigfridi arch. Mogunt. commotus, 5. Dec. 1247 archiepiscopo Livoniae et Prussiae mandavit, ut Henricum fratrem ord. Minorum (de Luttelburg, qui erat nepos Sigfridi) episcopum Semigalliae ficeret, quum episcopatus Semigalliae valetudinis caussa episcopatu se abdicare vellet. Post Balduinum igitur alius etiam nominatus fuerat episcopus, qui nemo nisi ille Arnoldus fuisse potest, qui

inde non conjecterim, eum tum etiam laicum fuisse. Etenim in diplomatis occurunt: 1193 Bern. de L.; 1194 dominus Bernh. de L.; 1194 Jul. Bern. de L. et Herm. filius eius; 1194 (solus) Herm. de L.; 1196 dominus Herm. de L.; 1200 et sic deinceps. Dominatio Hermanni igitur 1194 incipit. In universum de Bern. conf. praeter plurima dipl. in fontibus historiae Westphaliae (Schaten Ann. Paderb.; Kindlinger — Münst. Beitr. et Gesch. v. Volmestein —; Erhard et Wilmans, Cod. dipl. H. W.; Seibertz, Urk. etc.): M. Justini Lippiflor.; Piderit. Chron. Lip.; Witii hist. Westph.; Binterim l. c. p. 31—35, qui diem obitus e Cisterc. Menolog. affert 23. Jan. (Schaten eum in Osilia insula mortuum esse ad annum 1222 tradit); Napiersky, Graf Bernh. v. d. Lippe; Kallmeyer, Mitth. a. d. liv. G. l. c. p. 165 seqq.

<sup>39)</sup> „Bernh. de Lippia dei gratia dictus Abbas in Livonia“ dipl. dat 1201 apud Stromberg (dioec. Monast.), Kindl. l. c. II. 267; 1217 Colon. Bint. p. 32; 1223 „B. d. g. Selon. ep.“ in dioec. Paderborn. litteras dat. Kindl. l. c. 269. Cetera testimonia peregrinationis in Colon. Mon. et Mind. dioecesibus apud Binterim l. c.

<sup>40)</sup> Raynaldi Ann. Eccles. 1232, §. 1—4, „te in Semigallensem episcopum manibus nostris duximus consequrandum.“ 1230 se nominat: „B. monachum Alnensem, Ottonis card. legati poenitentiarium ac nuntium; domini papae vices in hac parte gerentem.“ Cf. S. P. II. 36. Kallmeyer, l. c. 177 seqq. Papa 21. Feb. 1234 revocavit „legationis officium et universas litteras et indulgentias venerab. episcopo Semigallensi concessas“, atque ad Wilhelmum episcopum quondam Mutinensem Legatum per Livonię, Prussiam, Gothlandiam, Winlandiam, Estoniam, Semigalliam, Curlandiam transtulit. Rayn. ad h. a. — Cf. etiam excursus de Balduino Alnensi apud Goetze l. l. p. 123 seqq.

<sup>41)</sup> Binterim l. c. 37. Holzer l. c. p. 13. Lacomblet, Urk.-B. II. p. 113 (1237. 2. Nov. Coloniae); „Bald. misericordia diuina episcopus quondam Semigalliensis ... de voluntate et assensu H. Colon. archiepiscopi“. Eum tandem comitem Balduni II. in expeditione sacra 1239 archiep. Visoinensem fuisse testatur Alberici Chron. p. 573. Cf. Kallmeyer l. c. p. 190; Goetze l. c. p. 134.

jam 1247 mense Octob. arch. Coloniensem in pontificalibus adjuvit. Quamvis igitur 1251 episcopatus Semigalliensis omnino sublatus et cum Rigensi conjunctus, atque Henricus, post 5. Decbr. 1247 episcopus Semig. institutus, ad sedem Curoniae translatus sit, tamen etiam ille Arnoldus posthac Semigalliae episcopus occurrit in diplomatis suffraganeus Leodiensis, inde ab anno 1247 usque ad a. 1261 ecclesias dioecesum Colon. et Leodiensis consecrans vel indulgentias concedens. Sed item Henricum episc. Semig. fratrem Minorum peregrinatum fuisse, testatur diploma 12. April. 1249 de altaribus in Helvetia consecratis datum<sup>42)</sup>.

Episcopatus Curoniensis (postea etiam Piltensis nominatus) primum institutus est a 1234, eique praefectus Engelbertus, qui 1236 22. Sept. interiit. Quum huic episcopatu 1251 Henricus de Luttelburg, episc. Semigalliae, praefectus sit, mirandum est, quod anno 1244 Lubecae „Henricus Dei gratia Ep. Curonie“ mercatoribus privilegium quoddam in sua dioecesi dat; quod 1248 20. Febr. Innocentius IV. Lugduni episcopo Curoniae negotium ad bellum sacrum pro rege Wilhelmo exhortandi imponit; quamquam inde ab a. 1236—1251 sedes Curoniensis vacasse dicitur. Alium igitur Engelbertum inter et Henricum de Luttelburg etiam extitisse ep. Henricum Curoniensem statuendum erit<sup>43)</sup>.

Henricum autem de Luttelburg episc. Curoniensem in sua dioecesi a. 1252. 53. 55. 56. 58. 59. 63 versatum fuisse, diplomata multa testantur; sed eundem etiam in Germania peregrinatum atque in dioecesibus Colon. et Mogunt. a. 1255 et 1260 pontificalibus functum esse constat. Per litteras Urbani IV. Papae ad Anselmum ep. Warmiae A. S. Legatum 5. Mart. 1263 datas Henricus ad episcopatum Chiemensem translatus est, et c. a. 1274 obiisse videtur<sup>44)</sup>.

Eum in episcopatu Curoniae exceptit Emundus (de Werd, ab Insula) frater ord. Teut. 1263 a papa per Anselmum Warm. institui jussus, et quidem in favorem ord. Teut.; qui item inde ab a. 1267 multum in extraneis terris versatus est. Inter a. 1267 et 1280 eum vices archiepiscoporum et Trevirensis et Coloniensis et episcoporum Leodiensis,

<sup>42)</sup> S. P. II. 36. Binterim l. c. p. 38. (Colón. 1257. 1259). S. P. II. 801 (1251) „frater Arnoldus dei gratia episc. procurator spiritualium.... Leod. electi.“ 1253 „frater A. d. g. episcopus quondam Semigalliae, provisor spiritualium Henr. Leod. electi“ 1261 „F. A. d. g. ep. quondam S., vicem gerens pontificalium domini H. Leod. episc. Coloniae“. De Henrico a. 1249 in Helvetia peregrinante v. S. P. II. 90.

<sup>43)</sup> Dreyer, Spec. Jur. publ. Lubec. p. 170. S. P. II. 34. 37. Boehmer, Reg. Inn. IV. ad a. 1248. Napiersky, Ind. II. 366, qui eum ad a. 1250 ex Grubero affert. Hoc Henrico in catalogum epp. Curon. interposito, difficultas solvit, de qua S. P. II. 37, et apud Kallmeyer l. c. p. 191 agitur.

<sup>44)</sup> V. diplomata ad hos a. apud Napiersky Ind. — S. P. II. 37. Binter. p. 39 (qui eum cum H. episc. Curiensi in Rhaetia confundit). 1260 Colon. est; eo anno „Curones in pristinam p[ro]fessiōnē relapsi sunt“, S. P. II. 41. Wenck, Hess. Gesch. Urkb. II. p. 179 (1255 dipl. pro monasterio Hachenbornei. Moguntinae dioec. „Frater Henricus de ordine fratrum minorum dei gratia Curoniens. Episcopus.“) De diplomate apud Wigand, histor. Corbeiens 2, 206 (quo Turon. pro Curon. scribitur; qui error etiam alias, uti in Chron. Menconis, occurrit. Tibus, 17) ad a. 1255—57, non ad a. 1275 referendo v. Voigt, hist. Pruss. 3. 73. Napiersky, Ind. I. p. 53. De H. ad episc. Chiemensem translato v. S. P. II. 44. (Mooyer, Onomast. p. 24 habet: Henr. I. 1252—1266; Henr. II. 1266—1274 epp. Chiem.)

Trajectensis, Monasteriensis gessisse diplomata testantur; annis autem 1271 et maxime 1290 in Curonia eum degisse litteris ejus comprobatur. Paullo post obiisse videtur<sup>45)</sup>. Qui episcopatum, de quibus hucusque disputavimus, praeter Prussiae dioeceses, Rigensi ecclesiae ex jure subjecti fuerint, ex diplomate appareat Alexandri P. IV. 21. Mart. 1255 de ejus provinciae circumscriptione ad archiepiscopum Rigensem dato. Sunt autem hi: Osiliensis, Tarbatensis, Curoniensis, Wironiensis, Culmensis, Warmiensis, Pomesaniensis, Sambiensis, Rutheniensis et Wersoniensis<sup>46)</sup>.

Non Estoniae solum, Livoniae, Lithuaniae adjacentiumque regionum episcopi, maxime quia dominatio eorum minus firmis stabilita fuit fundamentis, saec. XIII. peregre in patria Germania exules degere cogebantur et fere non nisi nomen dioecesum suarum gerentes muneribus episcopalibus uti suffraganei extraordinarii aliorum episcoporum ordinariorum fungebantur, verum etiam Prussiae episcopi eosdem fere experiebantur casus.

De primis episcopis Sambiensibus commentatione indici lectionum superioris semestris praemissa jam disputavimus (p. 14).

Etiam Henrici de Strittberch tempora in maximam rerum iniquitatem ceciderunt. Semel tantum aut non saepe certe dioecesim suam attigisse eum legimus; plerumque peregrinabatur. Quum in Prussia degebat, in castris ord. Teut., cuius frater erat, commoratus est (uti Thorunii et Elbingi).

Primum ejus diploma d. d. 10. Febr. 1255 abiturum eum e Prussia testatur; alia probant in Germaniam profectum, ibique 1256 in domibus ord. Teut. Francofurti et, ut videtur, Marburgi<sup>47)</sup>, commoratum. Ipso anno 1256 aut initio sequentis in Prussiam rediit.

<sup>45)</sup> De Edmundo ab insula v. Tibus, l. l. p. 16 seqq., qui eum habet secundum suffraganeorum Monasteriensium. Litt. ad Anselm. S. P. II. 41. Voigt, hist. Pr. 3, 551, ex Regest. Urban. IV. 1263 („quod nos obtenu dilecti filii A. Magistri Hospitalis S. M. Th. J. super hoc volumus honorare personam“). — De familia Rhenana de Werde v. Stramberg, Rhein. Antiquar. III. 1. 71 et alias, Tibus l. c., Holzer l. c. qui eum p. 23—24 habet IV. suffraganeum Trevir. Trev. 1267 (Holzer, „Nos Edmundus dei gratia Curoniensis ep.“), 1276, 1280 (Tibus 20 et 21); Monast. 1268 (ibd.); Colon. 1276 in ducatu Westphal. 27. Maj., in Porta coeli, Himmelpforten. S. P. II. 801, („vicem gerens in spiritualibus archiep. Colon.“); 4. Juni Briloniae, Seibertz, Urk.-B. 1. p. 459, ubi: Edmundus dei gratia Curoniens. Ep. falso redditur: „Bischof von Coron.“ Hanc consecrationem altarium Briloniensium Binterim p. 40 falso refert ad Wernerum Episc. Culm.; 1279 Coloniae (S. P. II. 801.) Leod. 1267, 1276 (Tibus, 16, 20). Traject. 1268, Episcopi Trajectensis Vicarius, (Tibus 19). De diplomatis 1271 et 1290 in Curonia datis v. Nap. ad hos a. Apud Napiersky 1291 secutus est episc. Joh.; apud Schröder (Gesch. v. Litt. in Forts. der allg. Welth. 50 p. 518.) 1292. Autore Stramberg, Rhein. Antiq. II. 5, 391, dioecesi usque ad a. 1296 praefuisse fertur.

<sup>46)</sup> Litt. Alex. IV. d. d. 1255 in C. W. I. 68. — Lithuaniae episcopatus, qui mox interiit, jam a. 1254 a Rigensi ecclesia solitus et soli sedi apostolicae subditus est (V. apud Napiersky I. 115 diplomat. d. 3. Sept. et 20. Sept. 1255). Quae postmodum Polonorum institutae sunt dioeceses in Lithuania (Wilnensis fundata 1387 a Wladislao Jagellone), Samogitia (in oppido Worniae seu Mednicae, Miedniki, ab eodem rege 1417 fund., Polonica Biskupstwa Zmudzkie) et Livonia (in oppido Wenden a. 1582 fund. a Stephano Bathoreo, igitur Wendensis nominata, Polon. Bisk. Inflanckie, Germ. Liefland) archiepiscopo Gnesnensi subjectae fuere. Episc. Revalensis a Lundensi ecclesia pendebat. De Rutheniensi et Wersonensi jam dictum est.

<sup>47)</sup> De Henr. v. Voigt, C. P. I. 96; Gebser, Domkirche zu Königsberg p. 22. (1255 Thorunii), C. P. I. 101. Francof.; C. W. 2. 550. Marburgi. Cf. ind. superioris semest. p. 8.

1257 mensibus Aprili et Mayo una cum Anselmo Warm. ep. Regiomonti commoratum fuisse diplomata probant. Postea infra annos 1258—68 aliquoties Elbingi aut Thorunii vivebat, haud dubie quia Sambia etiam atque etiam bello flagrabat. Anno 1270 eum in Thuringiam abiisse atque, ut videtur, Erfordiae vixisse conjici potest ex dipl. a. 1270 dato<sup>48)</sup>. In Germania etiam c. a. 1274 obiisse videtur. — Henrici atque successoris peregrinationes in Germania Sifridi episc. Samb. diplomate anni 1296 magis illustrantur. „Venerabiles patres domini Henricus primus Cristanus secundus episcopi Sambiens. quorum memoria in benedictionibus sit dictam ecclesiam pro hostium feritate neophitorum mobilitate redditum tenuitatem desolatam pene et vacuam derelinquentes se ad partes Almanie transtulerunt“<sup>49)</sup>.

Duos post Henrici obitum factos esse episcopos Sambienses, Hermannum et Christianum, item jam superiore commentatione (p. 14) explicavimus.

Dum Hermannus Colonię regressus functionibus vicariis archiep. Colon. occupatur, etiam Christianus ipse episcopus, frater ord. Teut., in patriam profugus, archiepiscopi Moguntini vices gessit. A. 1277 sibi bona quaedam in Thuringia comparavit. A. 1281 in Thuringia bello exorto a Landgravio Theoderico aliquamdiu captus tenebatur; eodem anno et post (1288 Moguntiae, 1290 Francofurti, 1291 in monasterio St. Petri, quod reconciliavit) vicariam in pontificalibus archiepiscopo Mogunt. operam praesitit. A. 1294 in patria Mulhusen vivebat, ibique, ut videtur, eodem anno mortuus est. Semel tantum, 1285, eum in Sambia invenimus, quum 1. Jan. litteris Regiomonti datis capitulum suum fundavit. 1278 Elbingi indulgentias concessit. De peregrinationibus Christiani jam a. 1321 Johannes ep. Samb. graviter conqueritur: „Dominus Christianus, qui ipsam ecclesiam suam temere relinques, dei timore postposito, in partibus extraneis divagabatur hinc inde“<sup>50)</sup>.

Warmiensis episcopus Anselmus quoties et quamdiu uti sedis apostolicae Legatus extra dioecesim suam degerit, apud nostrae patriae historicos constat<sup>51)</sup>. Henricus I. quoque, Anselmi successor, aliquoties (1279, 1281, 1297, 1298) peregre vices aliorum episcoporum ordinariorum gessit<sup>52)</sup>.

1257 Regiom. C. W. Reg. 23; 1258 Elbingi C. P. I. 112; 1263 Thorun. ibid. 148; 1264, ut videtur in Sambia, Gebser. l.c. 35; Act. Bor. 3, 146; 1266 ibid. 148. Gebser. p. 37; 1268. Elbing. C. P. I. 165; 1270 Erford. C. P. I. 165.

Sigfridi dipl. de a. 1296. C. P. II. 39. bsp., 1298. q. 1. 9. 3. 49). Binterim p. 44; a. 1277: Joannis, Rer. Mogunt. II. in Elencho Suffrag. p. 422. De capivitate 1281: S. P. I. 245; 1281 Eberbach: Joann. p. 423; 1288 Mogunt: ibid.; 1290 Francofurt.: C. W. II. 576; 1291: (S. P. I. p. 245); 1294 Muhl.: Gebser. l.c. p. 49. 1285 Regiom.: Gebser. p. 46. 1278. Elb.: C. W. I. p. 91. Litt. Joh. Ep. Samb. d. d. 31. Jul. 1321 apud Gebser l.c. p. 72. 50).

(51) V. testimonia in C. W. I. et II.; praeterea: 1254 Anselm. in expeditione Ottocarib regis contra Sambitas, Dusburg. in S. P. I. 91; 1263 litterae Urb. Pap. IV. ad Anselm. S. P. II. 44; in Dipl. d. d. Jul. 1245 (Hennes, q. C. dipl. o. Teut. a. 125) etiam apud Guden. IV. 881. V. ab ebdobius W. (81). q. 1. 9. 3. 49).

(52) Heinricus 21. Mart. 1279 Romae in curia apost. („in nostra praesentia“) erat (C. W. II. 567); 21. Jun. ejusdem anni (redux ab Urbe, ut videtur) Brunnae occurrit „vices gerens reverendi patris domini Brunonis Olomucensis ep.“ (ibid. 568); 29. Mart. 1280 in Warmia est (ib. I. 97); etiam 10. Aug. (ib. 116), quam 1281 iterum

Pomesaniensium episcoporum secundus Albertus frater ord. Teut. diploma 1. Apr. 1261 Deminii dato ita inducitur: „Albertus dei gracia Insule sancte Marie in Pruscia, sedis apostolice legatus;“ „cum in dyocesi Camineni legationis officio fungeremur;“ „auctoritate domini Alexandri pape quarti, cuius legatione fungimur.“ — Heinricus, qui ei successit, 13. Mai 1287 Wirceburgi commoratus est<sup>53)</sup>. Culmensis primus episcopus Heinricus frater ord. Praed. (1246—1263 aut 64) multum in negotiis extra dioecesim suam versabatur et in Prussia et in Lithuania et Livonia A. 1248 9. Oct. adfuit synodo Wratislaviensi. Annis autem 1256 et 1257 iter in Germaniam susceperebat<sup>54)</sup>. Postero tempore Wicholdus episc. Culm. (1363), relecta 1375 Prussia, partim Coloniae, partim in monast. Altenbergensi (Veteris Montis ord. Cisterc.) prope Coloniam degebat et pontificalia munera obibat, maxime in illo monasterio, in quo postquam 1385 episcopatui renuntiavit, etiam defunctus (20. Julio 1398) et sepultus est<sup>55)</sup>. Quum Livoniae et Prussiae episcopi saec. XIII. toties, saepeque ut videtur non bene relictis suis sedibus, peregre circumvagarentur, fieri non potuit, quin interdum plures etiam, sive eandem sortem ferentes, sive casu, in unum locum convenirent, ut ex his testimoniosis sequitur. anno 1253. 5. Oct. dedicata est basilica Erfordiae ab episc. Theod. (quem jam novimus suffraganeum Mogunt.), tribus aliis episcopis cooperantibus, quorum unus erat de ord. Cisterc., alter de ord. Minor., tertius de ord. domus Teuton. (S. P. II. 244 ex Chron. Erphord.)<sup>56)</sup>. reliquerat. 26. Aug. 1281 in Moravia vices gessit domini Brunonis (C. W. II. 569); 21. Sept. 1281, C. W. I. 105, absens est: „dummodo diocesani consensus accedit;“ 8. Apr. 1282 nondum redierat, ibid. 105: „vices gerentes domini nostri Henr.“ 2. Jul. 1282 Brunsbergae est. Tertium Germaniam visitavit 1297; 11. Jun. Curiae in Franconia [Hof] ib. 198; 15. Maj. etiam in Warmia erat, ib. 177; quartum 1298, 27. April. ejus anni Brunsbergae residebat, ib. 181; 27. Oct. autem 1298 vices arch. Mogunt. in Gerode gessit (Wölky, Scriptores Rer. Warm. I. p. 3, cf. Koch, p. 66, qui eum eodem anno in histor. Volcoederod., i. e. Volkerode, occurrere refert, atque 1290 capellam Gothae consecrasse conjicit.) Alia dipl. post hoc non sunt nota. Sed rediisse eum in Warmiam concludendum ex eo est, quod in ecclesia Warm. sepultus est. Script. Rer. Warm. p. 3, 53. Obiit 15. Juli 1300.

<sup>53)</sup> Dipl. 1261, in Lisch Mecklenb. Urk. I. p. 120. Hoc dipl. primum Alberti est, quod novimus; ultimum d. d. 9. Jan. 1286; eodem anno bona memoriae nominatur. C. P. II. p. 13; p. 15. C. W. I. p. 414. Catalogi antiqui igitur Epp. Pomes. (Act. Bor. 1. 225; Hartknoch, Kirch. G. p. 167; Arnoldt, Kirch. G. p. 161; Zeitschr. für Gesch. Erml. III. p. 176) corrigendi sunt. Voigt, Handb. der G. Pr. 1. 463, et Mooyer, Onom. p. 84: „Ernest. 1246—1260, Albert. 1260—1286.“ Alex. P. IV., cuius Legatus fuit, obiit jam 25. Mai. 1261. — Etiam episcopatus Pomes. initia gravia fuere. Ernestus de insultibus paganorum loquitur 22. Dec. 1254. C. W. I. Regest. p. 20; Albert. similiter queritur 1285. C. P. I. p. 186. Ep. Henricus 1293 dicit: „quod ab ecclesia nostra dominus Albertus etiam victum tenuem habere non poterat.“ C. P. II. 34. — De Henrico 1287 Wirceb. v. Mooyer, in Mittheil. aus d. livl. G. IX. p. 17. <sup>54)</sup> De syn. Wratisl. S. P. I. 758; Grünhagen, Regest. ep. Wratisl. p. 37. C. W. II. 2, 565. — 1255 astitit consecrationi ep. Boguphalii in ecclesia Landensi. S. P. I. c. 758. — 29. Jun. 1256 Francofurti C. P. II. 101. — 12. Jun. 1257 Lipsiae S. P. II. 137; 25. Jul. 1257 Wirceb. ibid. 801. <sup>55)</sup> De Wicboldi fatis, controversia cum urbe Culmensi, de itinere in Germaniam (1373 Confluentiae est), de captivitate (1375) atque exinde continua peregrinatione v. Ernest. Strehlkii notam ad S. P. III. 96; ibid. p. 480 (cf. supplement. ad Dusburgium Hartknochii p. 419). Wicboldus de Velstey (fortasse de Dobbelstein) Colonia vel vicinia oriundus erat. S. P. II. 86. Binterim l. c. p. 53—55 eum habet VII. in ordine suffrag. Coloniensis. Commorabatur Coloniae 1389; S. P. I. c. 62; 1379 et post Altenb. Bint. 54, apud quem mire scribitur Culmensi sive Curoniae, uti p. 40: Wernerus Ep. de Curlandia alias Culmensis dictus.

1254. 12. Dec. in civitate Senonensi archiep. Albertus cum episcopis Henrico Osiliens. et Henric. Curoniens. (C. W. I. Reg. 20) versabatur.

1256. 29. Jun. Henr. ep. Sambiensis Francofurti commorabatur una cum episcopis Heidenrico Culm. et Henrico Curon. et fratribus ord. Teut. Theod. praceptorum Allemanniae et Prussiae, Annone praceptorum Livoniae et Burchhardo (tunc vices praceptoris Prussiae gerente). C. P. I. 101. Tunc Francofurti (23. Jun.) comitia regi creando indicta celebabantur<sup>57</sup>). Eodem anno Henricum ep. Samb. Marburgi jam supra invenimus; sine dubio una cum Henrico ep. Osiliensi erat, uti e diplomaticis aequalibus coenobio Aldenburgensi ab utroque datis liquet<sup>58</sup>).

1262. 25 Dec. Ottocarus consecratus est rex in ecclesia Pragensi ab archiep. Mogunt. Wernhero, praesentibus sex episcopis, „duobus de Prussia“<sup>59</sup>).

1262. 30. Juli. In dedicatione capellae Helmgersberg. (Patav. dioec.) aderant Anselmus Warm., Henricus ep. Watlandiae et Henr. ep. Jatwesoniae. (C. W. II. 561.)

<sup>56)</sup> Ep. ord. Minor. Joh. de Deyst habendum erit (Ita etiam Voigt. hist. Pr. 3, 94); ordinis Teut. tunc erant Arnold. Semigall. et Christianus Lithuaniae (Anselm. Warm. autem 2. Oct. 1253 Thorunii erat); ord. Cisterc. Henricus Jatwesoniae.

<sup>57)</sup> Boehmer, Regest. Reichs. 23. Jun. 1256. Eodem mense Albertus quoque archiep. in Germania erat (Lubec. C. W. I. Reg. 193).

<sup>58)</sup> Apud Guden. III. p. 1122 (cf. C. W. II. 552) et p. 1123.

<sup>59)</sup> Unus potuit esse Henr. Samb., cuius episcopatum tunc (2. Dec.) Andreas advocatus sive procurator administrabat (C. P. I. 138, cf. ibid. 140. d. d. 7. Jun. 1262), alter Anselm. Warm., qui vere ejusdem anni itinera sua cooperat.

1584 18 Dec in officio generali missis apud episcopum Hesimo Silvius  
of Henrici Gmainer (G. W. I fol. 50) recessus  
1586 30. Iun Henr de Gemperius Pomeranius communiquat ad eum episcopis  
Hesimico Gm. et Henrico Gm. et fratribus oī Tost Tepo. biscepsa Allentunne et  
Purissime. Unde p[ro]cessione p[ro]lata diebus p[ro]cessione p[ro]lata  
G. P. I. 101. Tunc Hesim[us] (28. Jun) cum suis lectorib[us] in eam Hesim[us]  
Hesimus anno Henrici annis 1585. quod sicut videtur interdum dicitur Henr.  
1585 29 Dec Officium eucaristie est hoc in ecclesiis Pruteniis in tempore M[ari]e  
Marij[us] p[ro]cessione eucaristie eccl[esi]e episcopis Purissimis. (2)  
1585 30. Iulij in hebdomada p[ro]cessione Hesim[us] de Henr. (106 II. W. 3)

## LECTIONES.

### A. ORDINIS THEOLOGORUM.

**Dr. Andr. Menzel, P. P. O. h. t. Decanus.**

- I. Apologeticen tradere perget diebus Lunae et Jovis hor. II—III, Saturni h. X—XI.
- II. Doctrinam Dogmaticam de universorum creatione et de angelorum hominumque lapsu tractabit dieb. Martis, Mercurii, Jovis et Veneris h. X—XI.

**Dr. Andr. Thiel, P. P. O.**

- I. Historiam ecclesiasticam a tempore Constantini narrabit, dieb. Lunae, Martis, Jovis, Veneris et Saturni hora IX—X.
- II. De jure ecclesiastico disserere perget dieb. Martis, Jovis, Veneris hora VI—VII.
- III. Repetitiones et exercitationes de historia ecclesiastica instituet die Mercurii hora IX—X.

**Dr. Ant. Pohlmann, P. P. O.**

- I. Vaticiniorum Isaiae prophetae partem priorem interpretabitur diebus Martis, Jovis et Saturni hora VIII—IX.
- II. S. Pauli epistolas ad Ephesios et Colossenses datas explicabit diebus Lunae, Mercurii et Veneris hora VIII—IX.
- III. Repetitorium exegeticum instituet diebus et horis definiendis.

**Dr. Franc. Dittrich.**

- I. Theologiae moralis partem specialem tractabit diebus Lunae, Mercurii, Veneris et Saturni hora XI—XII.
- II. Repetitiones de parte theologiae moralis generali instituet semel per hebdomadem.
- III. Historiam literariam scriptorum ecclesiasticorum tradet bis per hebdomadem horis definiendis.

## B. ORDINIS PHILOSOPHORUM.

### Dr. Franc. Beckmann, P. P. O. h. t. Decanus.

- I. Sophoclis Ajacem interpretabitur aut Drama Aeschyleum ter per hebdomadem hora X—XI.
- II. Selectas Romanorum satiras explicabit bis per hebdomadem hora X—XI.
- III. Minucii Felicis Octavium explicabit bis per hebdomadem horis definiendis.
- IV. Exercitationes philologicas instituet semel per hebdomadem hora definienda.

### Dr. Laur. Feldt, P. P. O.

- I. Geometriam analyticam tradet diebus Lunae, Jovis et Veneris hora XI—XII.
- II. Historiam Geometriae inde ab antiquo aevo usque ad nostra tempora adumbrabit diebus Lunae et Jovis hora II—III.
- III. Geographiam mathematicam, physicam et Atmosphaerologiam tradet et usum instrumentorum meteorologicorum ac praxin observandi ostendet dieb. Martis et Mercurii hora XI—XII.

### Dr. Jos. Bender, P. P. O.

- I. Historiam recentiorem usque ad aetatem Ludovici XIV. tradet ter vel quater per hebdomadem hora VIII—IX.
- II. De Germanorum antiquitatibus disseret bis per hebd. hora VIII—IX.
- III. De primordiis historiae Graecorum et Romanorum critice disputabit semel per hebd. hora VIII—IX.
- IV. Historiam poësis Christianae maxime apud Germanos docebit semel per hebd. hora definienda.

### Dr. Frid. Michelis, P. P. E.

- I. Psychologiam quater per hebdomadem.
- II. Metaphysicam ter per hebdomadem.
- III. Interpretabitur Aristotelis libr. de anima.

## Publica doctrinae subsidia.

Bibliotheca Lycei, cui praeest Prof. Dr. Thiel, commilitonibus patebit diebus Martis et Veneris hora II—III.

Instrumenta, quae ad physicen, mathematicam et astronomiam pertinent, custodit Prof. Dr. Feldt.

## Certamen litterarium et Praemia.

Quaestiones superiore anno ab Ordine Theologorum propositas nemo commilitonum solvere tentavit.

**Ordo Philosophorum** hanc quaestionem proposuerat:

„L. Annaei Senecae de Deo doctrina exponatur atque examinetur et diiudicetur.“

Una tradita est Ordini commentatio, his insignita verbis:

„Quam multa de deo Annaeus Seneca nostris similia locutus est! Lactant instit. lib. I. 6.“

Scriptor huius commentationis, rectam argumenti tractandi viam ingressus, praestantissimas Senecae de deo sententias non solum diligenter collegit, sed etiam prudenter et circumspecte disposuit ac diiudicavit, simulque expositione et oratione, licet non ab omni vicio vacua, tamen satis expedita et plana usus est. Itaque Ordini non indigna visa est commentatio, quae praemio ornaretur. Aperta charta innotuit

Ignatius Jackowski,  
stud. theol.

In sequentem annum commilitonibus Lycei Hosiani quaestiones tractandae proponuntur haec:

**ab Ordine Theologorum**

1. ex stipendio Scheill-Busseano: „Exponatur status scholarum et litterarum sub Carolo Magno;“
2. ex instituto regio: „Differentia illa, quae de tempore coenae ultimae paschalis a Christo Domino celebratae inter Joannem Evangelistam cum Synopticis intercedere videtur, ita discutiatur et diluatur, ut facili modo harmoniae Evangelicae cedat;“

**ab Ordine Philosophorum**

ex instituto regio: „Episcoporum Warmiensium de coloniarum in Warmiam deductione et villarum civitatumque fundatarum constitutione merita exponantur.“

Omnis certantium commentationes sermone latino scriptae et more consueto signatae ante d. XV. Januarii MDCCCLXVIII Rectori Lycei tradendae sunt. Praemia victoribus constituta XXV Impp.

Promulgatum in sollemnibus Serenissimi Regis Guilelmi I. nataliciis d. XXII. Martii Ann. MDCCCLXVII.

**Litteris aperte sibi causa ostendit**